UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XLVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

lega.2.dicitque ibi Cuma. ꝙ ſi pater hoc modo fi-
legaſſet,lego filiæ meę illos centū ducatos, quos
dedi pro dote tempore matrimonij contracti, fi-
lius centum ducatos conſequi poterit:Hanc ean
dem concluſionem ſequitur Bart. in l. huiuſmodi. §.
cum pater.ff.de lega.j.dicens,ꝙ ſi pater primo pro do
te filiæ rem aliquam dederit,deinde in teſtō illam eā
dem rem pro dote legauerit,videt̄ pater voluiſſe du-
plicare,valetque legatum. & debetur æſtimatio. Le-
gatum itaque in caſu noſtro factū ipſi Marię nepti de ea
pecia quæ illi prius in dotē inter viuos data fuerat, va-
let,ipſaq; poterit æſtimationē, hoc eſt libras mille
vltra illā petiam terræ ſibi datam,& traditā,qa
pater voluiſſe duplicare videtur: Ita in terminis cō
cludit Bar.in d.l.huiuſmodi, & ſequuntur omnes nul
lo diſcrepante in d.§.cum pater,& in d.l.cum pa
ter filiæ.†Quando vero pater primo pro dote
inter viuos dediſſet vnā rē ipſi filiæ, deinde aliam rem
penitus diuerſam pro dote legaſſet,tunc abſq; dubio
vtraque ipſi filiæ debetur,vt voluit Bar.in d.l.huiuſ-
modi.§.cum pater,& ibi doct.omnes Pau.Imo.Alex.
Bar.ſumma,& cæteri Aretin.etiam in l.Gallus.§.qui
dam recte.ff.de liber.& poſthum.Ex quo ſequitur, ꝙ
ſi cum alia res diuerſa pro dote fuit legata,vltra rē
quam à patre pro dote inter viuos habuit,poterit etiā
conſequi,& habere rem, quam ſibi legauit : ita colli-
gitur ex verbis Bartol.in d.§.cum pater,ex quibus cō
cluſio ſupra tradita firma , clara , & indubitabilis re-
7 manet.¶Quoad tertium dubium reſpondeo,† quòd
legata ſupradictis mulieribus,videlicet filiabus Addæ
domini Violanti,& Dominicę, ſolum facta cenſen-
tur quo ad quantitatem,& ſummam,& ſic in genere,
non autem in ſpecie:non enim dicitur legata ſpecies
hoc nomine certa,ſecūdū quod ſpecies in materia no-
ſtra in legiſtas capitur iuxta tradita in l.legato ge-
neraliter.ff.de lega.j.per glo. nam fuit legata ſumma,
& quantitas, non autem petia terræ , quæ ſolum pro
dictis ſummis legatis fuit ipſis mulieribus expreſsè,&
ſpecialiter obligata, & hypothecata, vt in codicillis
continetur ibi,volens quòd ipſa petia terræ ſit obliga
ta,& hypothecata prædictis mulieribus pro dicta quā
titate denariorum,vt ſupra,relictorum.Ex quibus ver
bis animo cōſtat denarios fuiſſe relictos,atq; legatos,
non petiam terræ, item cum codicillans voluerit,
petiam terræ eſſe obligatam & hypothecatam pro di
ctis ſummis legatis ipſis mulieribus,ſequitur,quod pe
tia terræ nō fuit mulieribus legata,quia rei legatæ ſta
tim à die mortis teſtatoris dominium transfertur in
legatarium l.à Tirio.ff.de furtis cū ſimil.& re propriæ
pignus,vel hypotheca non conſiſtit. l. neque pignus
cum alijs.ff.de regu.iuris,iunctis no.per Barto.in l.j.ff.
de legatis.j.Et prodeſt hæc hypotheca in caſu noſtro,
quia ſi nō fuiſſet facta, ipſę mulieres ſolum generalē,
& non ſpecialem hypothecam habuiſſent,vt in l.j. §.
ibique glo.& ſcriben.C.communia de lega.Bartol.
in d.l.j.ff.de lega.j.Sed habent ſpecialem etiam hypo
thecam ex expreſſa teſtatoris prouiſione : magiſque
prodeſt aliquando ſpecialem habere,quam generalē
hypothecam : Et hoc modo ſunt declaranda verba
poſita in dictis legatis ibi, quas eas voluit habere
ſuper petia terrę poſita &c.nam debent intelligi
quo ad hypothecam tātum,vt colligitur etiam ex ijs,
quæ dicit teſtator vltimo loco in illa clauſula
in fine poſita,volens quòd prædicta petia terræ, vt ſu-
pra &c.per quam clauſulam in fine poſitam om-
nia prædicta declarantur argumen.l.ſi ſeruus plurium
in fin.& l.talis ſcriptura, ibique Bart.ff. de lega.j. cum
ſimilib. ¶Quid † autē importet diſpoſitio, ſeu lega-
tum in codicillis, in quo dicitur , item voluit , quòd
quotieſcunq; Petrus filius dicti Marci dederit, & ſol-
uerit prędictas quantitates denariorum præfatis mu-
lieribus,dicta petia terra poſita &c. ſit liberè, & expe-
ditè ipſius Petri? Concludo dictam petiam terrę fuiſ
ſe legatam , & relictam Petro ſub conditione,ſi dictas
quātitates pecunię mulieribus ipſis ſoluerit: Nam ex
his verbis poſitis in codicillis,item voluit, ꝙ dicta pe
tia terræ ſit Petri, inducitur legatum, verbū enim vo-
lo,mando, lego, omneque aliud verbum aptum im-
portare teſtatoris legare volentis voluntatem legatū
importat.l.omne verbum.C.communia de lega.hoc
idem, ꝙ iure legati Petrus habeat dictam petiam ter-
ræ,innuit dictio illa repetitiua item,quæ iuncta verbo
voluit reperit,ꝙ ex titulo legati habeat per ea,quę no
tat Bar.in l.in repetendis ff.de lega. 3. Et dum in dicta
diſpoſitione dicitur:liberè,& expeditè,voluit inferre
ꝙ abſq; onere alicuius hypothecæ illa petia terræ acq
ratur Petro, facta per eum ſolutione de dictis quanti-
tatibus pecuniarum. Et quòd illa petia terræ dicatur
legata ſub conditione,ſi ſoluerit &c.patet ex illis ver
bis habētibus tractū & euētū futuro,videlicet ꝙ quo
tieſcunq; Petrus filius dederit,& ſoluerit &c. per no.
ꝑ Bar.in l.j.ff.de cōd.& dem.vbi examinat,per quę ver
ba legatum ſub conditione fieri dicatur.¶Quid autē
9 Petro ex tali legato ſibi facto debeatur, † concludo
breuiter, ꝙ ex quo teſtator,ſeu codicillans legauit il-
lam petiam terræ,quæ erat aliena, & non ipſius teſta-
toris,quoniam per aſſignationem ab eo factam de di
cta petia terræ Roſæ eius filiæ ex cā dotis , & pro ma-
trimonio contracto, dicta petia terræ effecta fuit Ro
ſæ,& ſui mariti,nam dominium rei dotalis datæ à pa
tre in filiam eiuſque maritum tranſit.l.doce. C.de rei
vendicatione l.in rebus cum ſimilib.cum no.C.de iu
re dot. propterea legatum factum Petro de dicta pe-
tia terrę in ſe valet,ſiue Marcus codicillans ſciuerit il
lam eſſe alienam,ſiue ſuā eſſe crediderit,ex quo lega-
tū factū fuit Petro filio , & ſic coniunctæ perſonæ per
tex.in l.cum alienam C.de leg.& in §.nō ſolum Inſti.
eo. ..& ipſe Petrus cum effectu non poteſt habere, &
conſequi rē ipſam ſed debet petere, vt hæredes Mar-
ci pro parte qua ſunt heredes,iuſto precio dictam pe
tiam terrę redimant,ſibique præſtent, Vel ſi non poſ-
ſint illam redimere , tunc hæredes tenentur ſolum
ad ſoluendam precium & æſtimationem eius pro hę
reditarijs portionibus ipſi Petro , non autem ad rem
illam præcisè d. §.non ſolum. l. non dubium ff.de le-
gat.3.& no.in d. l. cum alienam. Et hæc eſt veritas.
Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio vnà cum poſita inter perſonas, vel res in aliqua diſpoſitione æquè principaliter coniungit.*
2 *Claues plures eiuſdem domus in eadem ſera haberi debent, quando plures ſunt ſocij eiuſdem domus, & habitationis, vt quilibet poſſit per ſe aperire, & claudere.*
3 *Claues poſſeſſionis, ſeu dominij pro eundo, & redeundo quæ ſint, & quomodo differant à clauibus ad cuſtodiam.*
4 *Claues domus ad cuſtodiam quæ ſint, & apud quem ſtare debeāt & num. 13.*
5 *Legatarius habitationis domus poteſt in ea ſecum liberè inquilinum honeſtum recipere.*
6 *Claues in re ſua quilibet habere, & retinere poteſt pro eundo, redeundo, aperiendo, atque claudendo.*
7 *Naturaliter poſſidet ille, cui vſus domus, vel alterius rei debet, nec poteſt in hac naturali poſſeſſione à proprietario moleſtari.*
8 *Poſſeſſionem quis per claues ingreditur, & retinet.*
9 *Proprietarius in præiudicium vſuarij non poteſt rem etiā in meliorem ſtatum mutare.*
10 *Legatum habitationis dicitur eſſe legatum alimentorum, ſeu partis ei(us).*

11 *Habitatio,& alimenta in dubio cenſentur relicta, prout teſtator viuens illa præſtare ſolitus erat.*
12 *Claues,& ſeræ domus non ſunt inſtrumenta,ſed pars domus.*

## EPITOME.

LEGATO alimentorũ,cibi,& potus,& vſus,& habitationis in domo teſtatoris vnà cũ ſuis hr̃dibus Titio facto, Titius claues hoſtij domus habere debet, neque illis põt aliquo modo priuari ab hæredibus, q de facto claues, & clauſtra hoſtij mutare vellent.

## CONSILIVM XLVIII.

VISIS, & conſideratis verbis teſtĩ quibus
teſtator Baptiſtæ reliquit alimenta cibi, &
potus,& vſum,& habitationem in eius do
mo vnà cum ſuis hęredibus in eodem teſtõ
deſcriptis per tempus, & terminum decem annorũ,
volente ipſo Baptiſta,omiſſisq; ſuperfluis allegationi-
bus, de iure arbitror eſſe concludendum, ꝙ ipſe Ba-
ptiſta claues hoſtij domus habere debeat,ſicut hacte
nus habuit neque hęredes dicti teſtatoris de facto po-
tuerint claues,& clauſtra hoſtij mutare,& conſequẽ
ter clauibus,quibus in eundo,& redeundo vtebatur,
1 Baptiſtã priuare.Et in primis moueor, † nam illi fuit
relicta habitatio domus vnà cum hæredibus teſtato-
ris: Ex quo infertur,ꝙ Baptiſta,& hęredes quo ad vsũ,
& habitationem dictæ domus dicuntur principaliter
coniuncti,& illis Baptiſta par,& æqualis exiſtit: verba
enim illa,vnà cum hæredibus,hoc importare videñt,
vt eſt bonus text.qui in his terminis loquitur, in l.illi
cum illo ff.de vſufruct.lega.iuncta.l.ſi quis Titio.ff.de
vſufruct.accreſcend.& in l.Lucius §.quiſquis,vbi ſcri
ben.ff.de legat.2.ibi vnà cum Pamphilo habeto, qui
tex.vult quenque ad partem admitti: & faciunt no.ꝑ
Bal.in l.vnica.§.vbi autem.C.de caduc.tollen. in verſi.
& ſic nota,qui dicit,quòd ſi Papa dixiſſet, concedo ti-
bi talem emphyteoſim vnà cum hæredibus eius,hæ-
redes non acceſſoriè,nec ordine ſucceſſiuo veniunt,
2 ſed æquè principaliter. Et † vbicunque plures ſunt ſo
cij eiuſdem domus,& habitationis,qui per ſe ire,& re
dire debeant,tunc plures claues in eadem ſera hábere
debent,vt quilibet per ſe aperire,& claudere poſſit,vt
voluit glo.in clement.j.§.ſanè in verb. diuerſe de hæ-
3 ret.quam ibi Imol.& cæteri ſequuntur: † & hæc cla-
ues appellantur,ſeu dicuntur claues poſſeſſionis, ſeu
dominij pro eũdo,& redeundo, vt quilibet ſua poſſeſ
ſione vti valeat, vt dicit ibi Cardin.in vltim. notabili
per tex.in l.clauibus.ff.de contrahen.empt. & eſt tex.
in l.j.§.penult.ff.de acquir.poſſ.& no.in c.ex literis de
4 conſuet.per Bal.in l.2.C.de verb.ſigni.† Aliæ ſunt cla-
ues ad cuſtodiam, vt ſunt claues maiores domus, &
hæ vel debẽt ſtare penès maiorem natu,vel digniorẽ,
vt dicit Bar.per illum tex.in l.cum pater.§.pater pluri
bus.ff.de legat.2.argument. l.final.ff.de fid.inſtrumen.
& eſt bonus tex.in l.cæteræ in fi.cum l.ſequen.ff.fam.
herciſ. vbi inſtrumenta, & tabulæ teſtamenti debent
penes illum ſtare, qui eſt pro maiori parte hæres, vel
apud maiorem natu,vel digniorem maſculum,& nõ
fœminam.Ex predictis ergo infertur,quòd ipſe Bapti
ſta etiam ſaltem claues minores deputatas ad eundũ
& redeundum habere debet ( nam de maioribus ad
cuſtodiam domus tãtum deputatis nunc nõ loquor )
cum & ipſe habeat ire, & redire, & naturalem quo-
que poſſeſſionem domus, & habitationis habeat, ſi
cut alij hæredes l.fi.ff. vti poſſid. & no.in l.j. C.eod.tit.
per doct.maximè Arc.in l.j.in prin.ff.de acq.poſ.¶ Se-
5 cundo facit,† nam is,cui relicta eſt habitatio domus,
põt in ea ſecũ libere inquilinũ recipere,dũmodo ho-
neſtũ recipiat,& alias perſonas, de quibus in l.cum
ſeq.& in l.nõ ſolũ ff.de vſu,& habit.& l.cũ antiquitas
C.eo.tit.ergo ei licitũ erit claues domus habere,vt
aperire,& claudere,ire,& redire poſſit alioquin ha-
bitum ſuũ hoſpitem,inquilitum, aliasq; perſonas
poſſet intra ædes recipere,vt eſt bonus tex.in c.præ
ctis 25.diſt.¶ Tertio induco l.vſu quoq; iũcta l.ca
uere ff.de vſufru.quemad.caueat, ibi qñ teſtator leg-
uit puta vxori habitationẽ domus vnà cũ hæredibus
& voluit hæredes habitare vnà cũ vxore,tũc vxor le-
gataria teneť cauere ſe vſurã domo,& habitatione ar-
bitrio boni viri,& cætera domi facturã,q̃ in re ſua fa-
6 ceret d.§.cauere:† Sed ĩ re ſua poſſet habere,& retine-
re claues ꝓ eũdo,redeundo,aperiẽdo,& claudẽdo ad
no.in d.cle.j.§.ſanè,d.l.clauibus,& d.l.j.§.pe.ff.de acq.
poſſ.Bal.in d.l.2.C.de verb.ſign.& arg.l.in re mandata
7 C.manda.cum ſimi.ergo &c.Quarto.† ille qui habet
vſus domus,vel alterius rei,dicitur naturaliter poſſide-
re,& in hac naturali poſſeſſione non põt impediri, tur-
bari,nec moleſtari à ꝓprietario l.fi.ff.vti poſſid.&
8 in l.j.C.eo.tit.cum ſim. Sed † per claues quis poſſeſſio-
nem ingreditur,illamq; retinet d.l.clauibus,& d.l.j.§.
pe.ff.de acqu.poſſ.per Bal.in d.l.2.C.de verb.ſigni.cum
alijs iam allegatis, ergo dicto Baptiſtæ licitum eſt ha-
bere claues pro eũdo, & redeundo ad hoc, vt libere,
& abſque ꝯdictione poſſit ſua naturali poſſeſſione vti
prout de iure poteſt.Quinimmo, vt mihi relatum eſt,
dictus Baptiſta poſt mortem teſtatoris huculque ha-
buit,& retinuit claues, q̃bus hoſtia aperiebat,& clau-
debat,ibat,& redibat,& ꝯſequenter ſua naturali poſ-
ſeſſione vtebatur,ergo hac facultate non potuit di-
cto priuari ab hęredibus, vel altero corũ, qui claues,
ſeras,& clauſuras hoſtij mutari fecerũt:Ex hoc ui-
dentur Baptiſtam in ſua pacifica naturali poſſeſſione
moleſtare, & turbare, & ideò ab hmõi moleſtationi-
bus ceſſare debẽt d.l.fi.cũ ſim.Et ꝯſequẽter hæredes te-
nentur,& cogi poſſunt ad rem in priſtinum ſtatum re-
ſtituendum argu.l.pe.in fi.cum ibi no. ff.vti poſſid.&
9 no.in d.l.j.C.eo.tit.¶ Quinto facit,† nã proprietarius
nullo modo põt rem, ſeu eius ſpeciem mutare in
meliorem ſtatum, quoniam ex hoc etiam conditio-
nem vſurarij deteriorem facere dr̃ l.fi.ff.de vſu,& ha-
bit.Sed hæredes dicti teſtatoris inſcio,& inuito dicto
Baptiſta mutari fecerũt claues,ſeras,& clauſuras ho-
ſtij domus in damnũ dicti Baptiſtæ,q claues habebat
illisq; vtebatur,ergo hæredes de iure tenẽtur,& cogi
poſſunt rem in priſtinum ſtatum reſtituere.¶ Sexto
10 accedat, nã † legatum habitationis dr̃ eſſe legatũ ali-
mẽtorum,ſeu partis illorum,ſiquidem habitatio ſpe-
cies eſt alimenti, Bald. Sali.& alij in l.cum antiquitas
11 C.de vſu,& habit.& l.legatis ff.de ali.& cib. leg.† Sed
ſi alimenta ſimpliciter legentur, in dubio debentur ſe-
cundum quod ſolitus erat teſtator in vita ſua illa præ-
ſtare l.cum alimenta in prin.ff.de alim.& cib.leg.er-
go idem dicendum eſt de habitatione relicta, quæ eſt
ſpecies alimentorum:procedit.n.argumentum à to-
to ad partem l.quæ de tota ff.de rei vend.& quod ope-
ratur genus quoad genus,idẽ operatur ſpecies quoad
ſpeciẽ l.ſi duo ff.de admi.tut.Sed,vt mihi verbo relatum
fuit,ipſe Baptiſta in vita teſtatoris habitabat domũ il-
liusq; claues habebat,quibus ad libitũ ibat,& redibat,
aperiebat,& claudebat, ergo &c. ¶ Septimo hoc
12 cõprobo,† claues,& feræ domus non ſunt inſtrumenta, ſed
pars domus l.q̃ſitũ §.fiſtulæ,& ibi Bart.ff.de fundo in-
ſtruc.bonus tex.in l.fundi in prin.ff.de actio.em.
Bal.in d.l.2.C.de verbo. ſigni.ſed Baptiſtæ fuit
vſus domus,ergo & clauium,cũ ſint pars ædium
terea,& vltimo præſuppoſito, ꝙ Baptiſta, & hæredes
dicanť coniuncti quoad relictũ habitationis,
cipaliter vnicuique domus habitatio debeatur

nedum claues inſignū poſſeſſionis deputatę, ſed ēt cuſtodiā potius penès Baptiſtam, quam penès alios ſtare debeant, † qm̄ claues deputatæ etiam ad cuſtodiam in dubio debent ſtare penès maſculum maiorem natu, ſemperq; maſculus fœminę præfert̄, vt colligit̄ per Bar. in l. cum pater. §. pater pluribus ff. de legato. per Bar. coniuncta l. fi. ff. de fid. inſtr. cum alijs ſupra allegatis: Baptiſta inter maſculos, quibus habitatio debet̄, maior natu, ergo &c. Et ex prædictis iudicio meo omnibus reſponderi, quæ in ꝯriū adduci poſſent, ſpecialiter non refero, quia ex his ſpero excellentiſſimo. Auditorē facile cogniturū optimū ius, qđ Baptiſta in pręſenti cauſa fauet. Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

*1 Papa ſuper commutatione legatorum piorum plenitudinem poteſtatis habet: quod limitatur nu. 2.*

*2 Legatorum piorum tranſmutatio fieri non poteſt, vbicunq; teſtator ad pias cauſas aliquid reliquiſſet cum onere aliquid faciendi, quòd ni fieret, relictum ad alium locum pium tranſiret, illū ſubſtituendo: & diſpenſatio ſuper hoc facta à Papa non reddit non tutum in foro conſcientiæ nu. 6.*

*3 Vltimam voluntatem piam teſtatoris dlterare eſt contra naturam rationem.*

*4 Papa ſine cauſa iuſta, & rationabili, quæ in dubio nō præſumitur non poteſt vltimam voluntatem teſtatoris alterare.*

*5 Diſpenſatio iuſta, & rationabili cauſa facta etiam ſuper ijs, quæ ſimpliciter ſunt de iure poſitiuo, non reddit quem tutum in foro conſcientiæ, & minus, ſi illud ius poſitiuum ſuper naturali fundatum eſſet.*

*7 Committens illa fit indignus.*

*Relinquitur indignus, qui non adimplet adimplendum ex teſtatoris diſpoſitione.*

*9 Papa diſpēſat ſuper relictis ad pias cauſas, quæ poſſunt adimpleri de iure, & de facto ſecundum teſtatoris diſpoſitionem.*

*Diſpenſatio ſemper intelligitur abſque præiudicio iuris iam alteri quæſiti.*

*Prohibitio de non alienando ſimpliciter facta ſuper re eccleſiæ legata valet, & alienatio facta etiam ex cauſa à iure permiſſa ipſo iure non valet.*

*11 Hæc verba tunc, & eo caſu ita diſpoſitionem ad illum caſum reſtringunt, vt in alio etiam ſimili locum non habeat.*

EPITOME.

LEGATI ad pias cās ſubrogationē, ſiue cū cōmutationē à Pōtifice factā hic nō valuiſſe, demōſtrat̄.

CONSILIVM XLIX.

FACTI ſpecie, & ſcripturis, quę ad me trāſmiſſæ fuerunt, diligenter perſpectis, & cōſideratis, arbitror dominos canonicos regulares Sācti Andreæ de Vercellis tuta cōſcientia bona, de quibus in teſtō domini Hieronymi, retinere non poſſe, non obſtantibus ijs, quæ in primis & ſecundis literis apoſtolicis ſuper cōmutatione cōceſſis continentur, quia † & ſi Papa plenitudinem poteſtatis habeat ſuper cōmutatione legatorum piorū, vt ſentit tex. in cle. quia contingit de religioſis domibus, & habetur in c. nos quidem extra de teſta. necnō per Bar. in l. legatum ff. de vſufruct. lega. ſiue legatum adimpleri poſſit, ſiue adimpleri nō poſſit ob iuris, vel facti defectum, vt tradunt ſcribent. in locis allegat. † tamen prædicta non procedunt, qn̄ teſtator ad pias cās reliquiſſet cū onere aliq̄d faciendi, vt erigēdi vnū locū in aliquo certo loco, & ibi celebrādi miſſas, vel alia diuina officia, & in caſu, quo onus id faciendi nō adimpleret̄ infra aliquod tp̄s, ꝙ relictum, ſeu fideicōmiſſum relictum, vt ſupra, traſire debeat ad alium piū locum, illum ſubſtituendo, quia tunc non debet eſſe locus commutationi, ſed pia voluntas defuncti omnino adimplenda eſt, vt in c. vltima voluntas. 13. quæſ. 2. c. ſilueſter 11. quæſt. j. ita expreſsè declarat Bar. in l. liberto §. Lucius ff. de annuis lega. & in d. l. legatum ff. de vſufru. leg. cuius theoricā à nemine vidi reprobatā eſſe, ſed vt euangelium illam ſequuntur doct. vbique, & Bal. in l. dictam C. de cond. ob cau. in vlt. col. verum eſſe inquit, & ſequendum id, quod dixit Bar. in d. l. legatum, & in d. §. Lucius, cuius verba referre non extra rem eſſe puto; Pone inquit, quod aliquis reliquit pro conſtructione capellæ in quadam eccleſia, quæ capella conſtrui non poteſt in illa eccleſia, quia forte locus nimis eſt arctus, certe legatum debetur, ſed in alium vſum conuerti debet, idem eſt, ſi pecunia relicta forte pro conſtructione capellę non ſufficeret, idem, ſi eſſet tale legatum factum eccleſiæ, quod magis eſſet damnoſum, quā vtile eccleſię, nam in alium vſum conuertendum eſt, vt teſtatoris perſona, & anima ſubleuet̄, Adde dicit Bart. ꝙ illud, ꝙ dictū eſt de impoſſibili adimplemento, vt conuerti debeat ad poſſibile, intelligi debet, quando eſt inſertum in conſideratione alicuius finis honeſti, vt in conſideratione bonæ famæ, vel ſub conſideratione animæ, ſecus ſi nihil habet honeſti; quia tunc eccleſia percipit libere, & ſine onere, cū id ad effectum produci non debeat, quod ad turpem cauſam refertur: item dicit Bart. quòd prædicta ſunt vera, niſi teſtator dicat, quòd iſto non facto, quod iuſſi fieri, volo, quòd legatum remaneat apud hęredem, vel dicat, quòd tranſeat ad aliam perſonam, nam tūc commutatio fieri non poteſt, cum teſtator præciſe ſenſerit de impletione formali: ita dicit Bar. in l. liberto §. Lucius ff. de annuis lega. & in d. l. legatum ff. de vſufruct. legat. quod verum eſt, & menti tenendum: hæc inquit Bal. in d. l. dictam: quod vltimum dictum Bar. dum loquitur, quando teſtator in caſu, quo non eſſet adimpletum onus adiectum legato, voluit legatum debere transferri ad aliam perſonam, declarat Bal. in d. l. dictam, quando teſtator legato pio adieciſſet onus licitum, quia à ſuperiore nō poterit fieri alia commutatio, ſed ſeruari debebit pręciſe voluntas teſtatoris volentis in caſu non adimplementi legatum debere tranſire ad alium locum, ſeu ad aliam perſonā ſecus ſi onus adiectum legato fuiſſet impoſſibile, qa tunc, quāuis illud non eſſet adimpletum per legatariū puta per eccleſiam, cui fuiſſet relictum tn̄ nō ſeruaretur trāſlatio, quam voluit teſtator debere fieri ad aliā perſonam, quia teſtator hoc facere nō poteſt: Bart. aūt verba in d. l. liberto §. Lucius ſunt, ex qua ſolutione habes, ꝙ omnes leges, quæ dicunt, ꝙ pecunia ad vnum vſum relicta poſſit conuerti in alium vſum ex auctoritate ſuperioris, ſunt verę, niſi teſtator prouideat, ꝙ debeat fieri, & ꝙ illo non facto perueniat ad hęredes, qa tunc non poteſt fieri tranſmutatio in alium vſum.

Verba etiam Bar. in d. l. legatum ſunt hæc, reſpondeo, quandoque relinquitur ciuitati ad vſum licitum, qui non poteſt celebrari, & tunc partes poſſunt conuertere ad alium vſum, quandoque relinquitur ad aliquem vſum, qui poteſt celebrari in loco, ſed pecunia relicta non ſufficit, & idem eſt, vt per eoſdem poſſit fieri conuerſio l. legatum ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. quandoque pecunia eſt ſufficiens ad illum licitum, & tunc ad aliū conuerti non poteſt ſine auctoritate principis d. l. legatum in prin. & in d. clem. quia contingit de religio. domib. Prædicta vera, ſi teſtator expreſsè dixit, quod illo non facto reuertatur ad hęredem aut ad aliam perſonam, & hæc bene menti tenenda eſſe inquit Bartol. quia quotidiana ſunt, ex quibus clarè conſtat, quòd ipſe voluit, quòd ea, quæ habentur in